



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Semper Gaudendi

Demonstrata Ex Sola Consideratione Divinae Providentiae Et Per
Adventuales Conciones

Sarasa, Alfonsus Antonius de

Antverpiae, 1664

Tractatus XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13517

TRACTATVS XIII.

50. **S**Tatui verò si acquiescam; quam illud est ridiculum, quòd ^{Item si sta-} malis, & aduersitatibus, quæ nullum non statum circumstant ^{tus tibi} & agitant, nolim vrgeri? Nolo itaque homo esse, qui aduersa ^{tuis placet,} nolim perpeti. Certè qui nec vento, nec vndis moueri vult, ^{placant} nauigare is non vult; & verò ei displicet nauigandi conditio. ^{est ea qua-} Quid maleuolas linguas, quid diſteria, quid calumnias, quid ^{illi necessa-} inuidias, quid iniurias exhorresco? Venti sunt, quibus nauiga- ^{riò annexa-} tio nostra promouetur. Sed bonum nauis meæ directorem ha- ^{sum mole-} beo, & cum quidem, cui parent venti, & mare; imò qui tempe- ^{stia.} states illas immittit, ac idcirco securus sum. Moueor & non commoueor; turbor, sed minimè perturbor. Illud enim vidi, non malis nos turbari tantoperè, quam opinione mali; aduersa nos putamus ea, per quæ cursus noster felicissimè promouetur. Hoc quidem & in Israëlítico populo conspexi, & in me præcipuè; auersatus sum olim ea, quæ maximè mihi, vt iam video, profuere. Itaque Deo me committo, *non patietur ille nos tentari*

^{1. Cor. 10.} *supra id quod passumus, sed faciet etiam cum tentatione prouentum;* neque tempus, neque modum, neque materiam patiendi mihi præscripsero: Dei aduersa immittentis manum aspiciam; illam exosculabor supplex, & verò etiam adorabo; illudque dicam

^{Iob 19.} *Manus Domini tetigit me, & in manibus tuis sortes meæ,* à quibus ^{Psal. 30.} pati, summa est felicitas.

TRACTATVS XIV.

51. **Q**uòd si ergò mihi persuasero, statum meum, conditionem me ^{Rursus} optimam esse inter omnes, quæ mihi poterant contingere; ^{opera sta-} tum denique etiam istud statuam, ea me debere exhibere opera, ^{tui tuo pro-} quæ à statu meo expectantur; deinde ea amplectendâ esse, quæ ^{pria ne di-} conditionem hanc necessariò consequuntur. Quis enim faber ^{splicent.} conditione suâ dicat contentum sese viuere, ferrum quem tædeat domare, & incudi incubare malleis? Religiosi actiones quid me sollicitum tenent, si in matrimonij statu à Deo collocatus sim? Quid iuuenum opera senex moror, quid viri sæmina, quid valentis æger? Certè ea non petit Deus. Cur ergò importunus

Fff 3

ea